

pœnæ asperitatem vel exinde licet æstimare, qvod talis incarceratus ab omni hominum consortio remotus in squalore & sordibus miserè, tenui subinde illi exhibitò victu vivere cogatur.

2. Potest quoque delinqvens ad temporalem incarcerationem condemnari, scilicet ad certos dies, menses, vel etiam annos. Potest siqvidem Ju-dex pro ratione delicti criminosum ad carcerem condemnare, ut ipsi incarceratio illa cedat in poenam, ipseqve in carcere pane & aquâ cibetur, & maceretur. In Jure civili unus habetur casus, quando aliquis pos-sit carcere puniri, quando scilicet is aliquem compulit ludere. I. i. §. ult. ff. de Aleat. Bartol. in lib. de Carceribus, & ex eo Damhouder. prax. Crimin. c. 16. n. 4. p. 13. Ubi solet ratio haberi, an diu ante sententiam in carcere detentus fuerit, hoc enim multum ponderis habet, ne poena carceris post-modum tam diuturna decernatur.

## ARTIC. XI.

*De captura reorum, contra quos se accusator offert.*

Von Annnehmen eines angegebenen Ubelthäters / so der Kläger Recht begehret.

**S**o der Kläger der Obrigkeit/oder Richter anrufft/ jemand zu stren- gen peinlichen Rechten/ zu Gefängnis zu legen/ so soll derselbige An- kläger/ die Ubelthat/ und derselben redlichen Argwohn und Ver- dacht/ die peinliche Straffe auf ihm tragen/ zuforderst ansagen/ unange- sehen/ ob der Ankläger den Angeklagten auf sein Recht gefänglich einzule- gen/ oder sich bey dem Beklagten zu setzen/ begehrten/ und erbieten würde: Und so der Ankläger das thut/ soll der Angeklagte ins Gefängnis gelegt/ und des Klägers Angeben eigentlich aufgeschrieben werden. Und ist dabei sonderlich zu mercken/dass die Gefängnis zu Behaltung und nicht zu schwe- rer/ gefährlichen Peinigung der Gefangenen sollen gemacht/ und zugerich- tet seyn. Und wann auch der Gefangenen mehr/ dann einer ist/ soll man sie/ so viel gefänglicher Behaltung halb seyn mag/ von einander theilen/ damit sie sich unwahrhaftiger Sage mit einander nicht vereinigen/ oder/ wie sie ihre That beschönien wollen/ unterreden mögen.

## AD ARTIC. XI.

## ARGUMENTUM.

*Si accusator Judicem adit, eumq; petit, ut is delinquentem nominatum in carcerem conjiciat, tum ante capturam accusator Judici delictum ipsum, legitima ejus indicia & suspiciones, quæ publicam post se trahant pœnam, clare expo- nere,*